Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Computus Nure[m]bergensis perutilis clerico cum figuris textum pulcerrime declarantibus - Cod. Rastatt 36

Petrus <Cracoviensis>

[S.l.], [01.04.1499 Inkunabel; Handschrift 16. Jh.]

Zeichnung

urn:nbn:de:bsz:31-43804

Visual Library

recte per numerum punctorum umbre verse divide 44 et illud quod
erit post divisionem erit punctorum numerus umbre recte. Si vis
invenire umbras versas per rectum divide per 44 per numerum
punctorum umbre recte et exibit tibi in divisione numerus punctorum
umbre verse.

Si autem turris fuerit inaccessibilis mensurando inde
summitatem eius per ambo foramina et respice numerum
punctorum umbre recte sicut prius et pone signum in loco in quo
tu stas in hora in qua consideratio et intelligo quod foramina dicuntur structa
valde per que debet transire radius visibilis ad rei altitudinis apprehensionem alter
quoniam dicitur error, correlarium elonges te a turri vel approximaci
secundum lineam rectam et iterum respice altitudinem turris et quere numerum
punctorum umbre recte adhuc situm in quo spacio stabis et pone sig-
num in loco illo et mensura quot sunt pedes inter signa et retene
illud. Tertia subtrahe numerum minorem umbre recte de maiori et
reservetur differentia et distantia inter dicta. 2o multiplica per 12 et produc-
tum divide per differentiam prius acceptam et illud quod exierit adde ad quantitatem
tuam et quod remanebit erit altitudo turris quod si tu steteris in
valle et dicte turris altitudinem stantis in monte volueris metiri con-
sidera primo altitudinem montis per duas stationes secundum formam prius in me-
diate dictam. Deinde quarta altitudinem montis et turris simul et remove
altitudinem montis de altitudine totius agregati simul et residuum est altitudo
turris.

De mensurationibus sine quadrante. Si autem non
habes quadrantem et velis mensurare altitudinem accipe unam virgam